



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 181. Richardi Eboracensis Ducis seditio adversus Angliæ Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



phinatu propugnaculis ac copiis munito Sæcul. XV.  
A. C. 1455.  
se tueri statuit, atque hunc in finem auri, \_\_\_\_\_  
militumque subsidia a Sabaudia Duce  
Socero suo efflagitavit; Ast cum Dux nec  
rebellioni favere, nec Regi adversari vel-  
let, Delphinus repente in Principatum  
Aurelianensem confugit, inde vero in Bur-  
gundiam, ac demum in Brabantiam ad  
Burgundia Ducis ditiones, quo tandem  
Mense Septembri posterioris anni perve-  
nit, salutis suæ consulturus se recepit.

## §. CLXXXI.

*Richardi Eboracensis Ducis seditio  
adversus Angliæ Regem.*

Richardus Eboracensis Dux, quem an- Joa. Chart.  
Hist. Carol.  
VII. p. 285.  
no superiore regno excessisse memi-  
nimus, haud diu quietus substitit, æger-  
rime ferens, Sommersetum Ducem non Nauclev. ge-  
& ner. 49. p. 479  
modo pristinis honoribus restitutum, sed  
ad primaria Regni subsellia elevatum;  
quare collectis ex Wallia copiis Londi-  
num armatus revertitur, palam conte-  
statur, non sibi rem esse adversus Regem,  
sed duntaxat contra ejusdem Ministrum.  
Rex unacum Sommerseto brevi tem-  
pore validum contraxit exercitum, quo  
non modo Eboracensem excipere, sed e-  
tiam cum copiis hosti suo haud impari-  
bus eidem usque ad Sancti Albani mu-  
ros obviam procedere posset.

Ff 5 §. CLXXXII.